

Decreto della Congregazione delle Cause dei Santi per la promulgazione delle virtù eroiche del Servo di Dio Álvaro del Portillo (28-VI-2012)

CONGREGATIO DE CAUSIS SANCTORUM ROMANA

et PRAELATURAE PERSONALIS SANCTAE CRUCIS et OPERIS
DEI

BEATIFICATIONIS et CANONIZATIONIS

SERVI DEI

ALVARI DEL PORTILLO Y DIEZ DE SOLLANO

EPISCOPI TITULARIS VITENSIS

PRAELATI PRAELATURAE PERSONALIS SANCTAE CRUCIS ET OPERIS DEI
(1914 – 1994)

DECRETUM SUPER VIRTUTIBUS

«Vir fidelis multum laudabitur» (*Prv* 28, 20). Sacrae haec Scripturae verba in luce ponunt eminentiorem virtutem Episcopi Alvari del Portillo, nempe fidelitatem: inconcussam imprimis fidelitatem erga Deum, in prompta ac generosa adimpletione voluntatis Eius, erga Ecclesiam dein et Romanum Pontificem necnon erga sacerdotium, deinde vero erga christianam vocationem in omni temporis momento omnibusque rerum adiunctis.

«Fidelitas per tempus perseverans nomen est amoris», dixit Benedictus XVI (*Homilia* in sanctuario Beatissimae Virginis Mariae de Fatima, die 12 mensis Maii anno 2010). Dei Servus omnibus christifidelibus caritatis et fidelitatis exemplo fuit. Ipse enim integre et sine ulla exceptione assimilavit in suaque vita expressit Operis Dei spiritum, qui omnes vocat ad plenitudinem amoris Dei ac proximi quaerendam per sanctificationem munerum atque officiorum quae vitae nostrae cotidianae velut tramam constituunt. «Laborem sanctificare, in labore sese sanctificare, alios mediante labore sanctificare»: recte asseri potest haec verba aptissime referre Servi Dei operositatem qua doctor machinarius, qua sacerdos ac demum qua Episcopus. In quocumque enim actuositatis genere sese totum impendebat, apprime sciens se salvificam Ecclesiae missionem participare per fidelem suorum cuiusque diei officiorum adimpletionem.

Dei Servus, tertius ex octo fratribus, ortus est Matrili a piis honestisque parentibus, die 11 mensis Martii anno 1914. Doctoralem lauream obtinuit in re machinaria civili, in scientiis historicis et in iure canonico. Anno 1935, suae vitae vicesimo primo, Operi Dei adhaesit ac confestim Sanctus Iosephmaria validissimum suum collaboratorem eum habuit. Die 25 mensis Iunii anno 1944 sacerdotalem ordinationem recepit et ex tunc sacro ministerio exercendo

sese profudit. Ab ipsa ordinationis die confessarius fuit Sancti Iosephmariae. Anno 1946 Romam se contulit, ad Conditorem adiuvandum in Operis Dei moderamine et propagatione: fuit videlicet Secretarius Generalis (annis 1939-1946 et 1956-1975), Consiliarius pro Italia (annis 1948-1951), Procurator Generalis (annis 1946-1956) et Collegii Romani Sanctae Crucis Rector (annis 1948-1954).

Operam quoque dedit multiplicibus muneribus a Sancta Sede sibi concreditus: in Concilio Oecumenico Vaticano II munere functus est Secretarii Commissionis *De disciplina cleri et populi christiani*, quae redactionem Decreti *Presbyterorum Ordinis* curavit et fuit insuper Peritus Commissionum *De Episcopis et dioecesium regimine* necnon *De religiosis*. Nominatus est dein Consultor Sacrae Congregationis Concilii, Qualificator Supremae Congregationis Sancti Officii et Consultor Pontificiae Commissionis Codici Iuris Canonici Recognoscendo; fuit quoque Iudex in Tribunali pro causis sub competentia Congregationis pro Doctrina Fidei necnon eiusdem Congregationis Consultor. Fuit insuper Secretarius Commissionis de Institutis Saecularibus apud Sacram Congregationem de Religiosis et cooptatus est in coetum Consultorum Congregationis pro Clericis, Pontificii Consilii de Communicationibus Socialibus et Congregationis de Causis Sanctorum.

Die 15 mensis Septembris anno 1975 electus est primus Sancti Iosephmariae successor in Operis Dei moderamine, quo in munere perfungendo tamquam lemma habuit Conditoris vestigia premere seseque perfudit ut ad finem perduceret id quod Sanctus Iosephmaria ardentem desideraverat atque parare curaverat: obtinere nempe canonicam configurationem quae apte responderet charismati fundationali Operis Dei. Ad hanc metam perventum tandem est die 28 mensis Novembris anno 1982, qua die Beatus Ioannes Paulus II Opus Dei in Praelaturam personalem erexit ac Alvarum del Portillo eiusdem Praelatum nominavit. Die vero 6 mensis Ianuarii anno 1991 Dei Servus a Romano Pontifice episcopalem ordinationem recepit. Primo diluculo diei 23 mensis Martii anno 1994, paucis horis post reditum e peregrinatione in sanctis divini Salvatoris locis, Deus suum Servum ad se vocavit. Eadem die Beatus Ioannes Paulus II eius exuvias visitavit et, post orationem in silentio, elata voce antiphonam *Salve Regina* recitavit.

Pastoralis zelus Alvari del Portillo in moderamine Operis Dei, per annos 19 protracto, eo praesertim respexit ut magis magisque extenderetur apostolatus Praelaturae fidelium in Ecclesiae servitium: eo quidem tempore actuositas Operis Dei in viginti novas Nationes stabiliter dilatata est.

Pastoralis haec sollicitudo Dei Servum duxit quoque ad multa peragenda itinera ut Praelaturae fideles aliosque viros ac mulieres cuiuslibet condicionis roboraret in vita eorum spirituali et in apostolatu. In eo impulsu evangelizationis promovendo, ipse curavit semper ut actuositas apostolica Praelaturae in servitium singularum ecclesiarum particularium exerceretur. Fructus etiam

sedulae eius curae de sacerdotali institutione fuit creatio Pontificiae Universitatis Sanctae Crucis in Urbe, quam Sanctus Iosephmaria expetierat. Scripta edidit de re iuridica, theologica ac spirituali, praesertim circa sacerdotium et laicatum, quae inter *Laici et fideles in Ecclesia, Consecratio et missio sacerdotis, Vita Deo omnino dicata. Considerationes circa personam Iosephmariae Escrivá de Balaguer, Colloquium circa Operis Dei Conditorem.*

Servi Dei deditio missioni explendae sibi concredita radicabatur in profundum sensum filiationis divinae, quo ductus identificationem cum Christo quaerebat se totum fidenti animo committens voluntati Patris, amore plenus erga Spiritum Sanctum, sine intermissione orationi vacans, Sanctissima Eucharistia necnon tenero amore erga Beatissimam Virginem Mariam roboratus.

Heroice se gessit in perferendis aegritudinibus – quas ut Christi Crucem respiciebat –, in carcere per aliquot tempus perdurante persecutione religiosa in Hispania (annis 1936-1939) et in subeundis impugnationibus propter suam fidelitatem erga Ecclesiam. Vir erat profundae bonitatis et affabilitatis, qui pacem ac serenitatem in alios transfundebat. Nemo memorat aliquem eius gestum inurbanum vel impatientiae motum ante res adversas neque verbum vituperationis vel recusationis propter difficultates: ipse enim a Domino didicerat parcere, pro persecutoribus orare, brachia sua more sacerdotis extendere, omnes hilari vultu magnaue clementia excipere.

Servi Dei amor erga Ecclesiam apparebat in omnimoda eius communionem cum Romano Pontifice et cum Episcopis: fuit semper filius fidelissimus Petri successoris, indiscusse adhaerens eius personae eiusque magisterio. Insuper, in describenda figura huius Pastoris, praetermitti omnino nequeunt alia quaedam lineamenta, qualia sunt vividissima eius sollicitudo erga Operis Dei fideles, humilitas, prudentia, fortitudo, gaudium, simplicitas, sui abnegatio et ardens desiderium lucrandi animas Christo, quod exprimebatur quoque in lemmate eius episcopali: *Regnare Christum volumus!*

Sanctitatis fama Servi Dei, iam ample diffusa eo adhuc vivente, universalem extensionem post eius mortem attinxit. Circa Servi Dei vitam, virtutes ac sanctitatis famam instructi sunt – ab anno 2004 ad annum 2008 – duo processus aequae principales apud Tribunal Vicariatus Urbis et apud Tribunal Praelaturae, necnon octo processus rogatoriales in dioecesibus Europae, Americae Septentrionalis ac Meridionalis et Australiae. Congressus peculiaris Consultorum Theologorum, qui locum habuit die 10 mensis Februarii anno 2012, omnium consensione affirmative respondit ad dubium propositum circa heroicam virtutum et famam sanctitatis Servi Dei. Ponente Em.mo D.no Card. Antonio Cañizares Llovera et me, Card. Angelo Amato, moderante, sententiam faventem tulerunt Em.mi ac Exc.mi Congregationis de Causis Sanctorum Membra in Sessione Ordinaria coadunati die 5 mensis Iunii anno 2012.

Facta de hisce omnibus Summo Pontifici Benedicto XVI accurata relatione ab infrascripto Cardinali Praefecto, Beatissimus Pater, accipiens rataque habens Congregationis de Causis Sanctorum vota, hodierna die sollemniter declaravit: *Constare de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate tum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia, Fortitudine, iisque adnexis in gradu heroico, atque de fama sanctitatis Servi Dei Alvari del Portillo y Diez de Sollano, Episcopi tit. Vitensis, Praelati Praelaturae personalis Sanctae Crucis et Operis Dei, in casu et ad effectum de quo agitur.*

Hoc autem decretum publici iuris fieri et in acta Congregationis de Causis Sanctorum Summus Pontifex referri mandavit.

Datum Romae, die 28 mensis Iunii a.D. 2012.

ANGELUS Card. AMATO, S.D.B.
Praefectus

L. + S.

✠ MARCELLUS BARTOLUCCI
Archiep. tit. Mevaniensis
a Secretis

Traduzione in italiano del decreto della Congregazione delle Cause dei Santi per la promulgazione delle virtù eroiche del Servo di Dio Álvaro del Portillo (28-VI-2012)

CONGREGAZIONE DELLE CAUSE DEI SANTI ROMANA

e PRELATURA PERSONALE della SANTA CROCE e OPUS DEI

BEATIFICAZIONE e CANONIZZAZIONE

DEL SERVO DI DIO

ÁLVARO DEL PORTILLO Y DIEZ DE SOLLANO

VESCOVO TITOLARE DI VITA

PRELATO DELLA PRELATURA PERSONALE DELLA SANTA CROCE E OPUS DEI
(1914 – 1994)

DECRETO SULLE VIRTÙ

Vir fidelis multum laudabitur (Prov 28,20). Queste parole della Scrittura evidenziano la virtù più caratteristica del Vescovo Álvaro del Portillo: la fedeltà. Fedeltà indiscussa a Dio, anzitutto, nel compimento pronto e generoso della sua volontà; fedeltà alla Chiesa e al Papa; fedeltà al sacerdozio; fedeltà alla vocazione cristiana in ogni istante e in ogni circostanza della vita.

«La fedeltà nel tempo è il nome dell'amore», ha detto il Papa Benedetto XVI (*Omelia* a Fatima, 12-V-2010). Il Servo di Dio è stato esempio di carità e di fedeltà per tutti i cristiani. Egli incarnò integralmente, esemplarmente, senza residui né eccezioni lo spirito dell'Opus Dei, che chiama il cristiano a cercare la pienezza dell'amore di Dio e del prossimo attraverso la santificazione degli impegni ordinari di cui è intessuta la trama delle nostre giornate. «Santificare il lavoro; santificarsi nel lavoro; santificare gli altri con il lavoro»: si può dire che questa è la descrizione più pertinente dell'intensissima operosità dispiegata dal Servo di Dio prima come ingegnere, poi nel ministero sacerdotale e, infine, come Vescovo. In ogni attività prodigava le proprie energie sospinto dalla consapevolezza che quello era il campo preciso in cui in quel momento doveva collaborare alla missione salvifica della Chiesa.

Il Servo di Dio nacque a Madrid l'11 marzo 1914, terzo di otto fratelli, in un focolare cristiano. Fu dottore in ingegneria civile, in storia e in diritto canonico. Nel 1935, a 21 anni, entrò a far parte dell'Opus Dei. Ben presto San Josemaría trovò in lui il collaboratore più valido. Il 25 giugno 1944 fu ordinato sacerdote; da allora si prodigò nel compimento del ministero. Il giorno stesso dell'ordinazione il Fondatore lo scelse come suo confessore. Nel 1946 si stabilì a Roma per aiutare San Josemaría nel governo e nell'espansione dell'Opus

Dei. Fu Segretario Generale (1939-1946 e 1956-1975); Consigliere per l'Italia (1948-1951); Procuratore Generale (1946-1956); Rettore del Collegio Romano della Santa Croce (1948-1954).

Si adoperò anche nello svolgimento di molteplici incarichi ricevuti dalla Santa Sede: durante il Concilio Ecumenico Vaticano II fu Segretario della Commissione *De disciplina cleri et populi christiani*, artefice del decreto *Presbyterorum Ordinis*; inoltre fu Perito delle Commissioni *De Episcopis et diocesium regimine* e *De religiosis*. In seguito fu Consultore della Sacra Congregazione del Concilio, Qualificatore della Suprema Congregazione del Santo Offizio e Consultore della Pontificia Commissione per la revisione del Codice di Diritto Canonico; quindi Giudice del Tribunale per le cause di competenza della Congregazione per la Dottrina della Fede e Consultore della stessa Congregazione. Fu anche Segretario della Commissione per gli Istituti Secolari presso la Sacra Congregazione dei Religiosi, Consultore della Congregazione per il Clero, Consultore del Pontificio Consiglio per le Comunicazioni Sociali e Consultore della Congregazione delle Cause dei Santi.

Il 15 settembre 1975 venne eletto primo successore di San Josemaría alla guida dell'Opus Dei. Fece della continuità nell'applicazione degli insegnamenti del Fondatore il punto centrale del proprio programma di governo e si prodigò nel condurre in porto quello che costituiva uno degli obiettivi specificamente preparati da San Josemaría: l'ottenimento di una configurazione canonica adeguata al carisma fondazionale dell'Opus Dei. Tale traguardo venne raggiunto il 28 novembre 1982, quando il Beato Giovanni Paolo II eresse l'Opus Dei in Prelatura personale e nominò Prelato Álvaro del Portillo. Il 6 gennaio 1991 egli ricevette dal Papa l'ordinazione episcopale. All'alba del 23 marzo 1994, poche ore dopo il rientro da un pellegrinaggio in Terra Santa, il Signore lo chiamò a Sé. Lo stesso giorno il Beato Giovanni Paolo II si recò dinanzi alle sue spoglie mortali e, dopo aver pregato in silenzio, recitò ad alta voce la *Salve Regina*.

L'attività di Álvaro del Portillo nel governo dell'Opus Dei fu caratterizzata da uno zelo pastorale particolarmente proteso all'estensione degli apostolati dei fedeli della Prelatura al servizio della Chiesa: nei 19 anni in cui guidò l'Opera, essa aprì centri stabili in ben 20 nuovi Paesi.

Espressione della sua sollecitudine apostolica furono i numerosi viaggi che compì nei Paesi dove l'Opus Dei era presente, allo scopo di incoraggiare i fedeli della Prelatura e tanti altri cristiani di ogni condizione nella loro vita spirituale e nell'impegno apostolico. Nel promuovere tale slancio di evangelizzazione, egli fece in modo che l'attività apostolica della Prelatura si svolgesse sempre al servizio delle diverse Chiese particolari. Alla sua premura per la formazione dottrinale dei sacerdoti si deve la creazione della Pontificia Università della Santa Croce a Roma, progetto già concepito da San Josemaría. Assai pregevoli sono le opere giuridiche, teologiche e di spiritualità che compose sul sacerdozio e sul laicato, come *Laici e fedeli nella Chiesa*, *Consacrazione e missione del sacer-*

dote, Una vida para Dios. Reflexiones en torno a la figura de Josemaría Escrivá de Balaguer, Intervista sul Fondatore dell'Opus Dei.

Il Servo di Dio radicò la propria dedizione al compimento della missione ricevuta in un profondo senso della filiazione divina, che lo portava a cercare l'identificazione con Cristo in un fiducioso abbandono alla volontà del Padre, colmo d'amore per lo Spirito Santo, costantemente immerso nell'orazione, fortificato dalla Santissima Eucaristia e da una tenera devozione per la Beata Vergine Maria.

Dette prova di eroismo in particolare nell'affrontare le malattie – nelle quali vedeva la Croce di Cristo –, il carcere per un certo tempo durante la persecuzione religiosa in Spagna (1936-1939) e gli attacchi che dovette subire per la sua fedeltà alla Chiesa. Uomo di profonda bontà e affabilità, era capace di trasmettere pace e serenità alle anime. Nessuno ricorda un gesto poco cortese da parte sua, il minimo moto di impazienza dinanzi alle contrarietà, una sola parola di critica o di protesta per le difficoltà: aveva imparato dal Signore a perdonare, a pregare per i persecutori, ad aprire sacerdotilmente le braccia, accogliendo tutti con un sorriso e con cristiana comprensione.

Il suo amore alla Chiesa si manifestava nella totale comunione con il Romano Pontefice e i Vescovi: fu sempre figlio fedelissimo del Papa, dando prova di un'adesione indiscussa alla sua persona e al suo magistero. La sollecitudine vivissima per i fedeli dell'Opus Dei, l'umiltà, la prudenza e la fermezza, l'allegria e la semplicità, la dimenticanza di sé e l'ardente anelito di conquistare anime a Cristo – rispecchiato anche nel suo motto episcopale: *Regnare Christum volumus!* – sono aspetti che si fondono a comporre il suo ritratto di Pastore.

La fama di santità del Servo di Dio, già ampiamente diffusa in vita, ha conosciuto dopo la sua morte un'estensione universale. Sulla vita, le virtù e la fama di santità del Servo di Dio si sono svolti – dal 2004 al 2008 – due processi *æque principales* presso il Tribunale del Vicariato di Roma e il Tribunale della Prelatura, nonché 8 processi rogatoriali di diocesi d'Europa, America settentrionale e meridionale e Australia. Il Congresso peculiare dei Consultori Teologi, svoltosi il 10 febbraio 2012, dette una risposta positiva unanime al dubbio circa l'esercizio eroico delle virtù e la fama di santità del Servo di Dio. Nel medesimo senso si pronunciò la Sessione Ordinaria degli Em.mi ed Ecc.mi Membri della Congregazione delle Cause dei Santi nella seduta del 5 giugno 2012, da Me, Cardinale Angelo Amato, presieduta, nella quale fu Ponente l'Em.mo Cardinale Antonio Cañizares Llovera.

Presentata quindi un'attenta relazione di tutte queste fasi al Sommo Pontefice Benedetto XVI da parte del sottoscritto Cardinale Prefetto, il Santo Padre, accogliendo e ratificando i voti della Congregazione delle Cause dei Santi, in data odierna solennemente ha dichiarato: *Esistono le prove delle virtù teologali della Fede, Speranza e Carità, tanto verso Dio come verso il prossimo, nonché delle*

virtù cardinali della Prudenza, Giustizia, Temperanza e Fortezza, con le altre annesse, in grado eroico, e la fama di santità del Servo di Dio Álvaro del Portillo y Diez de Sollano, Vescovo titolare di Vita, Prelato della Prelatura personale della Santa Croce e Opus Dei, nel caso e all'effetto di cui si tratta.

Il Santo Padre ha dato mandato di rendere pubblico questo Decreto e di riportarlo negli Atti della Congregazione delle Cause dei Santi.

Dato a Roma il 28 giugno dell'anno del Signore 2012.

ANGELO Card. AMATO, S.D.B.
Prefetto

L. + S.

✠ MARCELLO BARTOLUCCI
Arcivescovo tit. di Bevagna
Segretario